Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

dominus exercituum dicens: Benedictus
populus meus Egypti, et opus manu-
um mearum Assyrio: hereditas autem
mea Israel. Capitulum. XX.
In anno quo ingressus est
Tharthan in Azotum, cum mi-
sisset eum Sargon rex Assyri-
orum, et pugnasset contra Azotum
et cepisset eam: in tempore illo lo-
cutus est Dominus in manu
Ysaie filii Amos dicens: Vade
et solve saccum de lumbis
tuis: et calciamenta tolle
de pedibus tuis. Et fecit sic va-
dens nudus et discalciatus.
Et dixit Dominus: Sicut am-
bulavit servus meus Y-
sayas nudus et discalciatus,
trium annorum signum et por-
tentum erit super Egyptum
et Ethyopiam: sic minabit
rex Assyriorum captivitatem
Egypti, et transmigrationem
Ethyopie, iuvenum et senum,
nudam et discalciatam, disco-
opertis natibus ad ignominiam
Egypti. Et timebunt et confun-
dentur ab Ethyopia spe sua,
et ab Egypto gloria sua. Et
dicet habitator insule huius in die
illa: Ecce hec erat spes nostra, ad quos
confugimus in auxilium, ut libe-
rarent nos a facie regis Assyriorum: et quo-
modo effugere poterimus nos?
Onus Capitulum. XXI.
deserti maris. Sicut tur-
bines ab affrico veniunt,
de deserto venit, de terra horribili. Vi-
sio dura nunciata est michi. Qui
incredulus est infideliter agit: et qui
depopulator est vastat. Ascende Elam,
et obside Mede: omnem gemitum
eius cessare feci. Propterea repleti sunt

lumbi mei dolore: angustia pos-
sedit me sicut angustia partu-
rientis. Corrui cum audirem, con-
turbatus sum cum viderem. Emar-
cuit cor meum, tenebre stupefe-
cerunt me: Babylon dilecta mea
posita est michi in miraculum. Po- /in
ne mensam, contemplare in specu-
la comedentes et bibentes: surgi-
te principes, arripite clypeum.
Hec enim dixit Dominus: Va-
de et pone speculatorem: et quodcumque
viderit annunciet. Et vidit cur-
rum duorum equitum, ascensorem
asini, et ascensorem cameli: et con-
templatus est diligenter multo
intuitu. Et clamavit leo: Super spe-
culam Domini ego sum stans
iugiter per diem: et super custodiam
meam ego sum stans totis noc-
tibus. Ecce iste venit ascensor vi-
ri biga equitum. Et respondit et dixit:
Cecidit, cecidit Babylon: et omnia
sculptilia deorum eius contrita sunt
in terra. Tritura mea et filia aree
mee, que audivi a Domino exer-
cituum Deo Israel annunciavi vobis.
Onus Duma clamat ad me ex
Seyr: Custos quid de nocte? custos quid
de nocte? Dixit custos: Venit ma-
ne et nox: si queritis querite, convertimini,
venite. Onus in Arabia. In saltu
ad vesperam dormietis in semitis
Dodanim. Occurrentes sitienti fer-
te aquam qui habitatis terram austri, cum
panibus occurrite fugienti. A facie
enim gladiorum fugerunt, a facie
gladii imminentis, a facie arcus
extenti, a facie gravis prelii. Quoniam
hec dicit Dominus ad me: Ad-
huc in uno anno quasi in anno mer-
cenarii, et auferetur omnis gloria
Cedar. Et reliquie numeri sagittariorum